



# Hollandt comitatus Utricht episcop:

<https://hdl.handle.net/1874/348522>



HOLLANDT  
comitatus  
Vtricht episcop.

GERMANIA

MARE

FRISIAE  
OCCIDENTALIS  
PARS

DE ZUYDER  
ZEE

STIFT VTRICHT

DVCA  
GELDRI  
AE

PARS  
HOEMEN

Per Gerardum Mercatorem  
Cum Privilegio.



VIII B 670

68300660

heminas in mulcralia singulas refundere. Ioannes etiam Benningus Consiliarius Curie Hollandicæ referente Guicciarino certa observatione & minime fallente calculo ostendit, tantum Assendelphi, & quatuor vicinis pagis lactis uno anno e vaccis colligi, quantum e Germania superiore Rhœnensis vini debeatur Durdrechtum. Ex hac Lactis optimi copia, butyrum conficiunt, non barbararum modo gentium, ut Plinius vult, sed Regum etiam & Principum cibum laudatissimum. Conficiunt etiam Caseos Parmensibus aut Placentinis nihilo inferiores. Primæ tribuuntur Tiffalico & Gravesândico, Secundæ Edammicæ, quem imprimis vetustas commendat. Equos etiam generosos profert. In collibus arenarijs Cuniculorum innumera multitudo habet. Cervorum etiam Damarum & Leporum frequentiam, inque Hagensi nemore Capreolorum greges; Avium quoque caputam vastissimam, imprimis Anatum, Anserum, & autumnalibus mensibus Scolopacum, quas *Sneppas* vocant. Habet & cespitem fossitium qui ex intinis hantibus terræ penetratibus, ipsique adeo ex aquis educus, ventoque & sole exsiccat, ad focos adhibetur. Hollandia olim suos reges habuit, quorum meminit Suetonius in Caligula cap. xlv. Verum Anno Christi 1000 cæcisa Carolo Calvo Francorum Rege in Comitatum redacta est, eique præfectus est Theodorus, e regio sicut nunc ortus. Patri Theodoro successit Theodorus Filius, huic Arnolds, Arnolds Theodoricus, atque huic aliter ordine, quorum seriem apud Munsterum & aliæ habes. Bellica olim gloria clari admodum fuerunt. Hoc enim præsidio cum fide conjuncto in fraternitatem Imperij Romani accepti sunt Batavi. Hac Duce benevolentiam sibi apud Principes constabulerunt, & stabilem sui fiduciam plerisque illorum Tyrannos impresserunt. Per hanc vulgo formidabiles, invictæ virtutis opinione acquiescunt. Per hanc denique vera laudis imagine conspicui esse amierunt. Vrbes Hollandiæ sunt: Durdrechtum, vulgo parum forte Durdrechtum, idem sonat quod Dureis Forum. Drechtum enim antiquis Batavis Forum est. Facies Vrbs oblonga exit ad modum triremis: ipsa opulenta & copiosa, imò eorum omnium que in annonæ reique alimentariæ usum venire atque expediri possunt, locuples quoddam penu est; Plumibus, valido Mari, flagnisque incredibilem Piscium Volucrumque fecundam & copiam subministrantibus. Non autem nunc quales initio fuit, urbs facies. Anno enim 1700 cæcæ atroci & miseranda tempestate disiecta ac disrupta aggeribus avulsa est a continente, submersis duobus & septuaginta pagis cum centum prope Mortalium millibus. Quam rem Chronologico versus complexus est Junius.

DURDRACHTO INCURVIT VL ATROX INCITA VENTIS,  
VERA OVA DISSILVIT PEGIVS HAUSTA MARI.

Vrbs hæc totius Hollandiæ est primaria. Ius habet siccandi & retrahendi ad se Merces exoticas: quæcumque secundo Anni importantur, ut nimirum eo loco stabulentur ac quiescant, donec venditæ sint: & inde rursum non alij quam populatibus navigijs alio devehantur. Hoc privilegium a *Stabulo* vocant *Stapulam*. *Harlemum* amplitudine urbis, ædificiorum cultu, sitis amoenitate nobile est. Templum habet totius Hollandiæ pulcherrimum firmissimum innixum columnis, foris imminens. Urbem *Sparnus* interlabitur. Exstructa creditur a Frisijs, circiter annum 1271. Huic urbi inventæ typographiæ artis gloria debetur. Est & altera hujus urbis gloria, capti novo consilio *Pelusij*, quam *Damiatam* vocant, eujus rei symbolum habet, nosas binas ex ære Corinthio que a re *Damiata* appellantur. *Delfphi* nomen habentes a Fossa, Batavis *Delf*, ducta a Mosa ad Urbem usque: opus est Godefredi Lotharingi cognomento gibberosi, qui non absque manifesta tyrannidis nota Hollandiam fere quadriennium possedit, & navali demum prælio a Theuderico V legitimo Principe superatus in Mosa, imperium injusto titulo occupatum amisit. Coquitur in hac urbe Cerevisia post tyrannicam optima. Anno 1135 1231 XVI, V Nonas Maij, ignis nato ex favillis forte incendio, lucuosam & fœnestam urbis faciem reddidit, absumpta deformataque pleraque Vrbs parte: ex quo incendio postea pulvis emicuit. *Leida* Ptol. *Engdonum* Batavorum, Antonino Caput Germaniarum: Extria enim Latina terminatione est *Engdon*, ex quo nostrum *Leyda* & *Leyer*. Sita est urbs ad medium Rhæni Ostium, Plin. & Ptol. nominatam, ad quod Castellum Romanorum exstructa, quæ postea pro horreis fuerunt. Sustinuit hæc Anno 1135 1231 gravem, & calamitosam obsidionem, sed pulsus hostibus divina ope & aquarum stagnantium vi, liberata est. Academiæ privilegio est exornata. *Amstelodamum* nobilissimum hodie totius Orbis Emporium ab *Anne Amstela* nomen habet, paucis initio piscatorum tugarijs habitatum, jurisdictionis fuit Dominorum Amsteliorum. Hanc urbem postea Giselbertus Amstelius ante annos ducentos octoginta plus minus, communii propugnaculis, portis ac turribus fecit: quibus per invidiam vicinorij consagatis, muro cingi cepit anno 1135 1231. Et eo perpetuo aucta & Hollandici juris fuit. Nunc vero non Hollandiæ solum, sed omnium vicinarum regionum ad Sarmatas usque, Gothos & Cimbricos est apotheca. In hac urbe stabulantur non solum Itali, Hispani, Lusitani, Britanni, Scoti, Galli, Sarmatae, Cimabri, Sueci, Norvagi, Livones, Germani, sed etiam Indi Americani, Orientales, Mauri, alijque ex omnibus pene Orbis plagis. *Gouda* a Cimbrica voce *Gow* nomen habet, quæ & fossam & aggerem fossæ oppositum denotat. Sita ad Helam non illam quidem superiorem in quam Rhænus Drusiano divertigio seie exonerat, nam is Isala est, sed ad Inferiorem, quæ ex medio Rhæni alveo ducta per Trajectenses, Helsteinium, Montfortium, Oudewareram leniter fluens, mediam urbem fecit copiosam & rebus omnibus adluentem. *Nardatum* opidum est *Chaucorum* (*Goylanders* nostra dicunt) a *Guedela* Akenensis comitib; antistita: cui ab Orto Imperatore regio ista donata fuit: a qua transit in Hollandi Principis ius. *Muda* ad *Vechæ* annis ostium sita, incolas habet piscatores. *Wespan* hinc muro cingitur, inde *Vechæ* alluitur. *Edam* hinc habet pro loci conditione satis splendida. Opidani cerevisiam coquunt, propter bonitatem per universam Hollandiam expectam. *Edamum* Majoribus *Terenis* ab *Yvel* *Ta* *Buento*. *Monachodamum* milliari uno distans Edamo. *Parmerenda* ad Lacum *Parmere* piscosum & spatiosum sita: *Almeria*, vulgo *Alemaria*, nomen habet a lacibus quibus undique cingitur, ac si dicas *Al-mær*. *Enchusa* dicitur est ab ædium raritate quasi *Enckel huysen*. Opidum elegans, natura loci munitum, in extremo terræ margine ad mare situm: nobile nunc longinquis navigationibus, & arte Saleis excoquendi. *Horna* a sinuoso & instar cornu inflexo portu nomen habens. *Medemblicum* municipium maritimum, *Horna* 11 Milliariis distans. Sunt & *Rotterdamum* *Erasmus* patria. *Woerdenum*, *Schoonhoven*, ac multa alia Opida, atque etiam Municipia, inter quæ primaria est *Haga* Comitatus in quo & Sanctiori Principis Ordinumque Consilio locus, & forum litibus solvendis dicatum est.

Imperium  
Majorum  
Virius  
Præbet.

Episcopus  
Vrbs  
Opida.

Nunc de Episcopatu *Vltrajectino* pauca subjiciamus. *Trajectum* quondam *Antoniam*, nunc *Vrecht* dicitur. Id Invenit ex eo ficum putat, quod ibi quintæ tricesimæ legionis stativa essent. Itaque quum Imperitium vulgus legeret V. TRIC. LEG. STAT fecit ex eo VTRIC. quod postea abiit in *Vrecht*. Tempora in hac urbe per multa sunt, primaria vero quinque. Inter opida vero quæ *Vltrajectina* provinciæ subdita sunt, primum occurrit *Batavodurum* ad Rhæni elicem *Leeam*, eujus mentionem Tacitus facit lib. v. Histor. postea vero nomen habuit *Duroflati*, incolis *Wijcksa* *Dursted*; Vrbs fuit potens & opibus florens: *Grimes*, opidulum est 11 1/2 a *Trajecto* milliari ad Rhenum, Tacito non indicatum. *Amerforda* a *trajectu* *Amiffi* dicitur, (vulgo *Eems*) & *Montfortium* ad Helæ flu. ripam.

Primus ordo  
Sunt Equites  
aurati (Ri-  
derberer vo-  
cant) quoru  
præcipui sũt

Com. *Egmont* 25 11. 52 44.  
Com. *Ligue* ejuj sunt *Domina*, *Wassenar* 25 36. 52 15. *Falckenborch* 25 40. 52 18. & *Vice*  
comitatus *Leiden* & *vici*.  
*Invenio* & hoc Comitatus in *Hollandia*. *Maesland* 25 30. 52 2. *Tewel* 25 55. 53 13. *Goylandt*  
26 27. 52 20. *Kennemerland* 25 55. 52 45. *Steenberge* 25 33. 51 30.  
*Dom.* & *Baton*. *Bredere* 25 52. 52 34. cuius est & dominium *Fianen* 26 25. 52 4. *Baronatus* de  
*Lijffelt*.  
*Invenio* & inter *Baronatus* in *Chronico* *Hollandia* numerari hæc dominia. *Locke*, *Sevenberghen*  
25 52. 51 32. *Voorn* 25 25. 51 56. *Isselstein* 26 21. 52 6. *Strijen* 25 42. 51 49. *Teylinghen* 25 45. 52  
21. *Puttem* 25 38. 51 55. *Huerlem* 25 53. 52 31. *Leerdam* 26 25. 52 58. *Asseren* 26 27. 51 57. *Ar-*  
*kel* 26 19. 51 55. *Altena* 25 35. 52 6. *Boterhoek*.  
*Poelgeest* 25 51. 52 14. *Palanen*, *Lockhorst*, *Affendelft* 46 0. 52 35. *Waermond* 25 45. 52 19. *Spar-*  
*woude* 25 57. 52 32. *Maton* 25 40. 52 0. *Schooten* 25 54. 52 33. *Coortwijk* 25 41. 52 21. *Ver-*  
*does*, *fort* *Does* 25 48. 52 15. *Myne van Amstel*, *Spang* 5 40. 52 1. *Alkemade* 25 44. 52 17. *Ben-*  
*huysen*, *Kenenborch* 25 34. 52 4. *Raaphorst* 25 19. 52 14. *Dwejen* 25 47. 52 14. *Heemskercke* 25 53.  
52 39. *Ruven* 25 41. 51 57. *Duyn* & *Sprangen*.  
Sunt prætoræ & hæc in *Hollandia* dominia, *Hooft*, *Oudebuysen* 26 27. 52 46. *Papendrecht*,  
*Wijngeert*, *Jen*, *Ghissenborch*, *Aneyde* 26 17. 52 2. *Woerden* 26 10. 52 11. *Waterland* 26 2. 52 36.  
*Schaghen* 26 0. 52 56. *Parmere* 26 11. 52 0. *Goude* 25 58. 52 6. *Naldwijk* 25 23. 52 5. *Rij-*  
*wijk* 25 35. 52 9. *Schoonhoven*, *Wateringen* 25 31. 52 7. *Soetermeer* 25 45. 52 0. *Heemstede* 25 53.  
52 29. *Wichitwoude* 26 8. 52 51. *Merwen* 25 9. 51 54. *Kaestrecht* 26 2. 52 5. *Dalen*, *Spijk*, *Har-*  
*duxvelt*, *Bardwijk*, *Wijk*.  
*Durdrecht*, alias *Dort*. *Metropolis* totius *Meridionalis* *Hollandiæ*, habet *Prætorem* & *Magistra-*  
*tum*, cui civis parent, & *Balivum* cui exterius territorium, tam in civilibus, quàm in criminalibus.  
*Haerlem* *Prætorem* & *Magistratum* domi habet: *Ruri*, *Balivum* qui in civilibus & criminalibus  
bus præstant.  
*Delft* *Prætorem* & *Magistratum* pro civibus, *Balivum* pro rusticis, habet in civilibus & criminalibus  
jurisdictionem habentes.  
*Leyden*, *Prætor* & *Magistratus* intus, foris *Balivus* præstant, qui in civilibus & criminalibus ju-  
risdictionem habent.  
*Amsterdam* intus *Prætorem* & *Magistratum*, foris *Bali-* in habet, qui civilibus & criminalibus ju-  
dicant.  
*Goude*, *Prætorem* & *Magistratum* habet pro civibus & in eo, *Balivum* quoque & arcis *Præfectum*.

Trajectensis di-  
tio per se statum ha-  
bet 111 membris  
suis inter;

Primum membrum est *Clerus* primarius & collegiorum urbis quorum primarium est *Canonicorum* *S. Mar-*  
*tini*, vulgo *den Dem*, eujus *Decanus* omnes *Status* semper evocatur ad *Conventus*, in *Conventu* *difficultates*  
proponit, vota colligit & concludit: cætera collegia sunt *S. Salvatoris*, vulgo *Oude Munster*, *S. Maria*, *S.*  
*Petri*, *S. Joannis*.  
Secundum, *Nobiles*, e quorum numero *Burgonij*, *Montfortensis*, *Calenbergij* 26 33. 52 2. *Abcondij* 26 35.  
52 23. *Vianj*, *Zuloni*, *Risenburgij*, *Ruchj*, *Morsij*, *Nienroij*, *Netveldj*, *Amstely*, *Lichtenbergy*, alij, quorum plu-  
rimo quorum jam magna pars interijt: successeruntque alij quorum præcipui *Rhensij*, *Rhedj* & alij.  
Tertium, quinque civitates capitales: *Vrecht*, *Amerfort*, *Wijk* & *Dur Hede*, *Rhænen*, *Montfort*.

Jurisdidio. Ex omnibus *diocessibus* *juridicis* prima instansia provocatur ad consilium provinciale in *Hagam* Comitatus 25 33.  
52 11 ubi summa est *Hollandiæ* *Jurisdidio*, & *Concilij* *Consilium*. Inde ad magnum *Consilium*, *Mecklinicæ* si appellatio, est &  
in *Vrecht* *Pariamentum*, unde appellatio nulla sit: sed solum ab istdem revisito.  
*Status* *Ecclesiasticus*. *Tota* *Hollandia* in *spiritibus* subest *Episcopo* *Trajectensi* in *Vrecht* *sedem* habenti.  
*Hæc* *partim* ex *Ludovico* *Guedardine*, partim ex *vulgari* *Chronico* *primum* collecta sunt. Deinde a clarissimo *D. Godesfrido* a  
*Muskeno* *oec.* *Consiliario* *Hollandiæ*: & *Michaële* *ab* *Isselt* *Amerfortis* *recogita*.  
*Meridianum* *Hollandiæ*, quia hæc *tabula* *comprehendere* non potuit, in *Zelandiæ* *tabula* *invenies*, in qua etiam aliquot loca  
hic signata sunt querenda.



HOLLANDIÆ nomen a *Silvarum* silvumque frequentia quidam ducunt, lignum enim & *Silvam* promiscue *Hole* & *Hont* vocant, ut *Hollandi* sonet regionem silvestrem: omnia enim arbutis olim inhostruere referta prædicant, toto quaqua parit *Hollandia* tractu. Alij a cavitate dicunt putant, quasi *Hol-lant*. Est enim universa regio palustris ac pedum pulu vacillis. Alij a fœno *Hollandiam* quasi *Hoylandiam* nominatam arbitran- tur. At eruditissimus *Junius* aliam sententiam indicat, *Hollandiam* Gothicæ *Danicæ* gentis coloniam esse, ut & *Zelandiam*, *Danoscque* & *Normannos* delert in *Codano* fi- nu insulis *Olandiæ* *Zelandiæ* que in hæc loca migrasse, & a sua patria *Hollandiam* *Zelan-* *diam* que cognominasse. Eam a plaga mundi *Occidua* *Britannicum* mare, a *Septentrio-* *ne* *Cimbricum* ambit & *hæc* *ora* *pulsat*, ab *Ortu* *Solis* *stratum* *amplius* *Frisiam* *procula-* *perit*, ad *Euronotum* *Transsilvanæ* & *Velavia*, ad *Austrum* *Trajectina* *ditio* *obteenduntur*. *Ambitus* *epus* *ad* *lx* *millia-* *ria* *extenditur*, *Latitudo* *perexigua* est, quandoquidem e *meditullio* *ejus* *credetur* *viatori* *patet*. *aditus* *ad* *extremos* *ipius* *finis* *in* *latum* *trium* *horatum* *spatio*, vel etiam hinc ad *Oceanum*, illinc ad *maris* *finem*, est: *bi* *latitudo* *non* *æquat* *milliare*. *Habet* *regio* *ista* *agros* *frugiferos*, ac *luxuriolos* & *opimo* *Frumento* *supra* *modum* *fecundus*, sed *qui* *Soli* *Fer-* *tantillo* *in* *spatio* & *in* *regione*, *quæ* *vix* *populosiore* *invenias* *ad* *suppeditandam* *tanta* *multitudinè* *alimonia* *sine* *silvas*. *Sed* *pasconum* *uberis* *summa* est: *quæ* *Bovum* *alij* *armenta* *instita*: *Vaccas* *quoque* *corporum* *vastitate*, *lactis* *copia*, *eximias*. *Consuat* *sane*, *aliquibus* *Hollandiæ* *partibus* *boves* *æstivis* *diebus*, *quatuor* & *quadraginta* *lactis* *heminas*

Regio  
Vnde  
dicitur  
Situs.